



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Panicvs Tvmvlvs, Rebvs In Belgio Pacatis, Ac Mire  
tranquillis, quorundam improbitare iniectus**

**Bacherius, Petrus**

**Antverpiae, 1568**

Eivsdem In Libellvm Avctoris Carmen Elegiacvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69107](#)

Vitam Geusorum fac sparge vagata per orbem,  
 Laudibus & tendas carbasa plena nouis;  
 Aurea ubi roseo surgens aurora cubili  
     Nunciat aduentus, Delie clare, tuos:  
 Atque ubi Phœbus equos defessus in æquore mergit,  
     Ac orbes agili voluit ubi axe polus.  
 Triste sit exitum Geusorum facta nepotes  
     Fallere, nec seros illa videre dies.  
 Hæc ego. Diua statim frontemq; oculosq; reduxit,  
     Atque hos auerso vix dedit ore sonos:  
 Mirabar ventos & sesquipedalia verba:  
     Sed res ad curam non facit illa meam.  
 Non opus est hederas latè appendisse falerno,  
     Non præcone, satis quos sua facta probant.

EIVSDEM IN LIBELLVM AVCTO-  
RIS CARMEN ELEGIACVM.

**E**XITIVM celebris solatur Troia penatum,  
 Claraq; fert leuius se cecidisse Tyros.  
 Alta minus luget patrias Carthago ruinas,  
     Quod per scriptores posthumam fama viret.  
 Iustius at nostra fortis solamen habemus,  
     Possimus & Diuum bella dolere minus.  
 Tum quia tam dirum seri Bachære nepotes  
     Spectabunt facinus, ceu videant proprius;  
 Horrescentq; nefas, tam doctis versibus illud  
     Exprimis, atque parifacta dolore notas.  
 Tum quoque quod passim soluis (que maxima laus est)  
     Hæreticos nodos, implicitasq; strophas;  
 Scripturæq; sacrae fælix arcana resignas,  
     Vi nemo proprius splendidiusne queat.  
 Magte igitur virtute tua magis exere frontem:  
     Vinat cana fides, priscaq; iura iuues.